

Le Martyrologe d'Adon contient quelques mots de plus qui expliquent ce que dit de ces saints le Martyrologe Romain :

« Romæ, ad guttam jugiter manantem (seu ad Aquas
« salvias Apostoli Pauli martyrio toto orbe celeberrimas)
« Zenonis et aliorum decem millium ducentorum et
« trium. »

Usuard en fait mention, dans les termes suivants : « Na-
« talis sancti Zenonis Martyris. »

4^e Légende qui se lit comme 9^e leçon dans le Breviaire
en usage à la Basilique de St. Pierre.

LECTIO III.

Thermis Diocletiani Romæ absolutis, christiani milites exhortati, et
edicto Imperatorum huic operi addicti, ac mancipati, quorum numerus
decem millium et ducentorum trium erat, cum in confessione nominis
Christi constantes manerent, capitis sententia damnati, extra Urbem, ad
Aguas salvas, vel ut vocant, ad guttam jugiter manantem, omnes ad unum
necati sunt, septimo Idus Julii, anno Domini ducentesimo nonagesimo
octavo. Zeno illorum tribunus et dux primarius iis, sue heroicæ fortitu-
dinis exemplo, præluxit, tum in bello contra Imperii Romani ac Reipublicæ
hostes, tum in abjecto ac servili vel mutariæ officio cui ab Imperatore, in
odium fidel, cum suis addictus fu- rat, tum demum in nobilissima morte pro
Christi nomine oppetita.

5^e Légende qui se lit. comme 4^e et 5^e leçon dans le
Breviaire en usage à Ste. Marie Majeure.

LECTIO IV.

Temporibus Diocletiani et Maximiani contigit, ut eorum consilio omnes
ubique positæ Ligiones lustrarentur, et qui in eisdem reperti christiani
milites essent, exuti militia ac penitus exarmati, vincti Romam perducti,
tanquam servi adscriptitii, Thermarum operibus fuerint mancipati. Ther-
mis vero absolutis, qui constantes in confessione nominis Christi, nullis
fracti laboribus, perstitissent, ne laborum opere alleviati (quod ingens esset
illorum numerus) aliquid in Imperium molirentur, omnes pariter capitis
sententia condemnantur.

LECTIO V.

Reverius est omnium decem millium ducentorum trium, qui omnes
una cum Zenone Tribuno, qui inter eos dignitate excellere videbatur, extra
Urbem, porta Trigemina ducti sunt : et in concavo vallis, in loco dicto Gutta
jugiter manans, ad aquas salvas, ad unum omnes necati sunt, septimo Idus
Julii, quo celebri memoria annuatim, eorumdem triumphus dies natalis
recollitur.